Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8206
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Nulla est dilacionis afflictio, quoniam beatifica
diuine maiestatis presencia omnibus est omnia et
est in qua omnibus omnipotencia, pax, sapiencia
iusticia et intelligencia. Non est in illa pa-
ce diuersitas linguarum sed pacifica et concors
concordia morum et affectuum. Interecte illius
voluptatis nil amplius appetet cumu-
lata societas. tanta est felicitas ibi si-
quidem est cumulus felicitatis. supereminens
gloria et superhabundans leticia. Erit ad
hec quis ydoneus perfecto verus penitens,
bonus obediens fidelis suus et prudens
amabilis socius **De vero penitente**

Verus penitens est in labore et dolore
Dolet de preteritis laborat pro futuris
cauendis Vera siquidem pe-
nitencia est sine temporis intermissione de
peccatis dolere. Sic plangit commissa ut non
committat plangenda. Irrisor namque est
et non verus penitens qui adhuc agit quod
penitet. Si ergo verus vis penitens esse
cessa a peccato et noli amplius peccare
quoniam maius est prima quam sequens inqui-
nat culpa **De vero obediente**

Bonus obediens dat suum velle et
suum nolle ut possit dicere Paratum
cor meum deus paratum cor meum
quodcumque preceperis facere paratum ad nutum
nutum cuius obedire. Paratum tibi vacare